



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 10. Concilium Aquilejense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. corum sacrorum erant constituti, qui  
A. C. 381. exemptionibus personalibus Clericorum  
gaudebant. Hac super re celebren-

L. 26. C. Theodosii legem habemus, datam ultima  
*Theod de E. Martii*, anno 381. ad Orientis Comiten-  
pisc. & ibi. directam; atque inde conjecturæ locu-  
Gothof. est, loca sacra, de quibus mentio fit, illa-  
esse, quæ Jerosolymæ, & in reliqua Pal-  
stina visuntur,

## §. X.

*Concilium Aquilejense.*

*Sup. XVII.* Concilio Constantinopolitano proxi-  
§. 4. mum fuit Concilium Aquilejense,

jussu Gratiani Imperatoris ab initio anni  
379. indictum. Haud plures trigesita  
duobus, vel tribus Episcopis, plerisque  
Italis in isto Concilio numeramus; alia  
vero Provinciæ, excepta Hispania, Lega-  
tos miserunt, ita ut totius Occidentis  
congregationem non immerito dixeris.

*Gesta Conc.* Orientis quoque Episcopis venire libe-  
rum erat, si id expedire credidissent.  
*n. 7 ap. Amb.* *ibid. n. 54-55.* S. Valerianus Aquilejensis primo sede-  
bat loco, forte quod ætati honor hab-  
retur, & domum suam agendis conven-  
tibus commodaret; at S. Ambrosius ut  
Metropolitanus Vicarius Italiae, cuius  
Mediolanum caput erat, totum Episco-

*Sup. XVII.* porum cœtum dirigebat. Circa ejusdem  
§. 44. Concilii tempus opus de Spiritu S. ante  
annos tres ab Imperatore Gratiano peti-  
tum,

tum, absolvit. Initio enim hujus operis Sæculum IV. mentionem facit de morte Athanarici A. C. 381. Regis Gothorum, qui 25. Januarii, anno 381. obiit, atque Episcopos Romæ, Ale- *Prol. n. 17. 18* xandriæ, & Constantinopolis nominat Damasum, Petrum, & Gregorium; unde despicitur, S. Ambrosio necdum Petri mortem, nec Gregorii abdicationem fuisse cognitam. Hoc opus in tres libros divisit, atque contra Arianos, & Macedonianos probat; Spiritum S. esse Deum, Patri, & Filio æqualem, & ejusdem substantiæ; ipsum per Prophetas locutum; omnia denique reliqua stabiliuntur, quæ alii Doctores Catholici demonstraverant, quales sunt Didymus, S. Athanasius, S. Basilius, S. Gregorius Nazianzenus, & S. Gregorius Nyssenus, quorum conceptus, & argumenta prudenti judicio applicat, ut ea Ecclesiæ Occidentis introficerent. A S. Ambrosio secundus in hoc Concilio Aquilejensi Anemius reputatur, qui ejusdem cura paulo ante Episcopus Sirmii, Illyrici Occidentalis Metropoli, electus fuerat. Deinde Constantius Scissiæ ex eadem Provincia, & Felix Jadrensis in ora Dalmatiæ. Ex Galliis delegati erant S. Justus Lugdunensis, Constantius Arausiæ, Proculus Massiliæ. Ex Alpibus, Theodorus Octodurensis in Vallesia, Dominus Gratianopolitanus, & Amantius Nicenus. S. Ju-

*Sup. XVII.*  
§. 44.

*Gesta n. 61.*  
62.

Tt 2                    Stus

Sæculum IV. stus Lugdunensis idem esse creditur, ad  
A.C. 381. quem Epistolæ duæ S. Ambrosii super  
liquibus de Scriptura quæstionibus datur  
sunt. S. Justus a Concilio reversus, re-  
licta sua Ecclesia, in Ægypti deserta  
gravit, ubi aliquot annos transegit con-  
juvne Lectore, cui nomen Viator, &

*Ep. 7. 8. vita* qui virum S. illuc secutus fuerat. Post  
apud Sur. 2. eorum obitum amborum corpora Lug-  
Sept. dunum 2da Sept. reiecta sunt, qua die

*Mart. Rom.* Ecclesia adhucdum S. Justi memoriam ve-  
neratur. Constantius Episcopus Arau-  
canus pluribus aliis Conciliis interfuille  
legitur, sicut etiam Proculus Massiliensis,  
cujus nomini S. Hieronymus sanctissimi  
& doctissimi Pontificis elogium addit,

*Ep. 4. c. 10.* Monachumque Rusticum hortatur, ut  
per ejus instructionem proficiat.

Episcopi Africæ, ad Concilium Aqui-  
lejense delegati, erant Felix, & Numidius.  
Nemo a Papa missus deprehenditur, ne-  
que ex illa Italiae parte, quæ ei particu-  
lariter subjecta, id est, Romano Vicaria-

*de Virg. c. 20. tu.* Ex reliquis Italiae partibus adfue-  
n. 129. runt Eusebius Bononiensis, cuius zelum

in informandis, & regendis Virginum  
Collegiis S. Ambrosius laudat. Lime-  
nius Vercellensis, S. Eusebii Successor.  
Sabinus Placentinus, ad quem S. Ambro-  
sius plures Epistolas dedit. Abondan-

*Martyr. 18. tius Tridentinus, Philastrius Brixiensis,*  
*Jul.* sanctitate, & libro de Hæresibus edito ce-  
lebris.

lebris. Maximus Emonensis in Istria. Sæculum IV.  
 Bassianus Laudanus, S. Ambrosii amicus. A C 381.  
 Heliodorus Altinensis, S. Hieronymi amicitia notus. Eventius Ticinensis, seu <sup>Martyr. 19.</sup>  
 Papiensis, etiam Juventius dictus. Hi <sup>Jan. ep. 4.</sup> ad Felic. n. 1.  
 tres Sanctis annumerati sunt. Exsupe- <sup>Hier. ep. 1. 2.</sup>  
 rantius Dertonensis, S. Eusebii Vercellen- <sup>3. Martyr. 5.</sup> Jul. Ma. ty.  
 sis Discipulus, & Confessor. Diogenes <sup>g. Febr. Hier.</sup>  
 Genuensis. Alii quoque nominantur, <sup>ep. 43.</sup>  
 quorum Sedes reticetur, atque Episcopi  
 titulus omittitur. Legitur etiam Nomen  
 Chromatii Presbyteri, S. Hieronymo a-  
 micitia juncti, & postea Episcopi Aquile-  
 jensis. Hæc sunt nomina eorum, qui  
 huic Concilio interfuerent, ferme omnes ab  
 Ecclesia inter Sanctos relati. Ex parte <sup>Ambr. ep. 10.</sup>  
 Arianorum plures non adfuere, quam <sup>n. 2.</sup>  
 Palladius, & Secundianus Episcopi, &  
 Presbyter, cui nomen Attalus, Discipu-  
 lus Valentis Petavii in Illyrico Episcopi;  
 hic Valens tunc Mediolani latebat. Pri- <sup>Synodica.</sup>  
 ma die Sept. Episcopi in Ecclesia Aquile-  
 jensi convenerunt, urgentibus maxime  
 Arianis, qui statutam horam prævene-  
 rant. Ut ipse hujus quæstionis fons re- <sup>Sup. L. X.</sup>  
 peteretur, iussa est prælegi epistola Arii <sup>§. 36.</sup>  
 ad S. Alexandrum Alexandrinum data,  
 & Catholici instabant, ut Aiani blasphemias in ea prolatas damnarent, quod ipsi  
 pertinaciter facere detrectabant, quamvis nihilominus Arianos se esse negarent.  
 Postquam diu inutiliter disputatum, sta-

Tt 3 tue-

Sæculum IV. tuerunt, ut Ariani in forma judicij con-  
A. C. 381. demnari possent, acta esse scribenda, ju-  
seruntque, omnia, quæ dicebantur, nos  
consignari. Horum actorum initium  
habet.

## §. XI.

*Acta Concilii Aquilejensis.*

**S**yagrio, & Eucherio Consulibus, tertia  
*Nonas Septembris*, id est, tertia eju-  
dem mensis, anno 381. in Ecclesia sedi-  
tibus Episcopis, nempe Valeriano, Am-  
brosio, Eusebio, & aliis, qui nominati fu-  
re, Ambrosius dixit: *Diu jam sine officiis*  
*disputavimus, quia vero Palladius, & Se-*  
*cundianus aures nostras tot blasphemarum*  
*torquent, ut posteris fidem facili non se-*  
*mus, & ne fraudibus locus sit, eaque post-*  
*modum, quæ affirmarunt, negent, quam-*  
*vis tot Episcoporum testimonium omni*  
*exceptione majus sit, nihilominus optimum*  
*factu visum, si dicta omnia in acta refe-*  
*rentur. Edicite igitur, sancti Episcopi:*  
*an id vobis placeat? omnes Episcopi de-*  
*xerunt: Placet! Tum S. Ambrosius Dis-*  
*conum, cui nomen Sabinianus, Impera-*  
*toris Epistolam ad convocandum Conci-*  
*lium legere iussit, & S. Ambrosius dixit:*  
*Audistis Imperatoris mandata. Noluit*  
*Episcoporum Auctoritati detrabere, quos*  
*Scripturarum Interpretes, & in hac cau-*  
*sa arbitros agnoscit. Cum igitur Syno-*  
*daliter*